

Tractatus  
DE SYNDICATV  
VARIORVM AVTHORVM,

N E M P E

BALDI DE PERVSIO,  
ANGELI DE PERVSIO,  
CATALDINI DE BONCOMPAGNIS,  
AMEDEL IVSTINI,  
PARIDIS DE PVTEO, ET  
AVGVSTINI DVL CETI VERONENSIS.

Qui anteà sparsum vagabantur, nouè verò à DN. GABRIELE SA-  
RAYNA. I. C. Veronensi in vnum congregati;

*Quorum locupletissimum, tum verum, tum uerborum memorabilium  
indicem adiecimus.*



VENETIIS.

Apud Cominum de Tridino Montisferrati.

M D L X X I.

CLARISSIMO VIRO IACOBO  
ANIELLO DE BOTTIS, NEAPOLITANO.

I. V. Doctori,

Philippus Tingus Florentinus S. T. D. J. A. S.



VVM diu multumq; cogitarem, vir clarissime,  
cuius docti probiq; homini fidei tutelæq; hoc  
luculentum opus de Syndicatu cōmitiere pos-  
sem, vt illius auspicijs ab omnium obrectato-  
rum calumnijs vindicaretur, atque tuto in stu-  
diosos quosq; iuris incidet; tua singularis hu-  
manitas, ac penè incredibilis in iure tum Cæsareo,  
tum Pontificio eruditio, mihi in mentem  
venit. Nam te tanto amore doctos studiososq;  
viros prosequi, illorumq; opera, communi ho-  
minum usui destinata, tanta benevolentia am-  
plecti, semper es solitus, vt ingenuè quisq; fatea-  
tur, te & morum quadam solitudine, ac doctrinæ (quam cum doctissimis qui-  
busque communem habes) arctissimo nexu cum bonis & eruditis hominibus  
perpetuam amicitiam contraxisse. Nulla autem sanctior amicitia reperi in hac  
uniuersitate potest, quam que similitudine & doctrinæ & virtutis comparatur.  
Illud enim quod vulgo dici solet, facile verum in te comperti, opus tuum  
et dotti et eruditissimi et pietatis. Quum itaq; horum clarissimorum Iureconsultorum de  
Syndicatu sententiam ac explicationes in hoc volumen collegissim, atque, quā-  
ta fieri potuit diligentia, emendari, utilissimisq; argumentis, & annotationibus,  
summo iudicio adaugeri operam dedisse, hoc totum opus ita expolitum, ac  
locupletissimum factum, tibi viro integerrimo consultissimoq; dedicare, mihi  
rationi consentaneum visum fuit. Virorum enim doctorum, deq; Repub. bene-  
meritorum nō nisi eruditis societatisq; humanæ amantissimis dedicari iure pos-  
sunt, quibus, quo maiorem utilitatem hominibus allatura sunt, eo maiori cura  
esse debet. Accedit pterea magnitudo illa tuorū erga me meritorū, quibus me  
tibi ita perpetuū detinētū reddidisti, vt nunquam me ac meos vñā, tibi esse sol-  
uendo existimem. Sed tamen, vt illud tam grande & alienum dissoluere inci-  
piam, interea hoc opus, te profecto dignissimum, hominumq; generi utilissi-  
mum, tanquam meū in te obseruantiz testem, ad te mittō. Accipe ergo, vir hu-  
manissime, horum Iureconsultorum doctas elucubrations ac vigilias, quæ  
quamvis doctrina sua satis tibi commendatae sunt, quum tamen eas meo nomi-  
ne benevolo animo acceperis, non parum dignitatis hæc mea commendatio eis  
attulisse videbitur. Vale. Lugduni Pridie Calen. Nouembris. 1559.

I. V. D. J. A. S.

# TRACTATVS SINGVLARIS IN MATERIA SYNDICATVS.

EXTRACTVS E DN. BALDI DE PERSIO

Commentarijs in §. proficisci. l. obseruare.

ff. de off. procons. & leg. non tam  
utilis quam necessarius.

## S V M M A R I V M .

- 1 Statutum dicens quod potestas teneatur pro sua familia, intelligitur tantum civiliter.
- 2 De quibus rebus syndicetur.
- 3 Libelli queremoniarum debent infra oculo dies offerri.
- 4 Index intrans servare statuta, si non decidet causam infra tempus, an dicatur periusus.
- 5 Inquisitio an sit processus magis odiosus quam processus accusacionis.
- 6 Potestas in suo syndicatu fideiussorem non repertens, an debeat personaliter capi.
- 7 Officiale accusans inquit teneatur in scriptis libellum offerre.
- 8 Potestas an possit transgredi leges & statuta.
- 9 Potestas an teneatur de alio quam de dolo.
- 10 Index nolens audire allegationes vel probaciones an faciat litem suam.
- 11 Familia potestatis an possit pro syndicatu testificari.
- 12 Sententia quando est nulla, an index faciat litem suam.
- 13 Index male indicans an dolo iudicasse videatur.
- 14 Index pratermissens formam statutorum an sit perturus.
- 15 Potestas in syndicatu totam familiam exhibere cogitur.



OTA, quod potestas teneatur pro omnibus, quos secundum dicit, etiam si non sint prepositi alicui officio, sed praetexti officij domini delinquent, ut in auth. de iudicib. §. ne autem col. vj. Secus in aliis officialibus, qui non habent jurisdictionem in iudicando, quod dic, ut ff. de publi. l. j.

§. familiæ. Si autem delictum non sit commune cum officio, ut quod a berruarius facit homicidium, non teneatur potestas pro eo extra de resti. spol. cum ad se dem. Et ad hoc additum secundum Dynum, quod si familia potestatis vulnerat aliquem, quod potestas non teneatur solvere pœnam, si criminaliter agitur, ut hic nota in gloss. Dyn. ¶ Et licet statutum dicit quod potestas pro sua familia teneatur, intelligitur civiliter non criminaliter, per illam gl. singularem, sed de iure communione potestas pro tali delicto non teneatur nec civiliter, nec criminaliter. Si enim teneatur, non posset esse iudex de hoc crimen, cuius contrarium habetur. ff. de off. praefid. l. senatus consulto. & de pœn. l. si quis forte §. si quos comitum, secundum Bart. si autem delinquunt ratione officii teneatur potestas ad intercise partis lege ex facto lux familiæ. arg. infra sur. aduer. nau. l. i. §. serui in auth. ut diffe. iud. §. si tam de public. l. i. §. familiæ. secundum Dynum, & ibi tenet Barto. quod officialis exhibendo familiam non teneatur.

¶ Sed quid si statutum dicit quod potestas teneatur representare tempore syndicatus omnes suos officiales, & unus fecit furtum, & aufugit. Respondeo, videtur quod potestas non teneatur ad sibi impossibile. argu. de excusa. tutor. l. Titius. § fina. quia casus fortuitus bona fidei viro obesse non debet. argument. de rei vendica. l. fina. à bona fide. Cautius est quod posantur in banno. nam tunc videtur stare per ipsam rem publicam: cuius auctoritate positus est in banno, ne his si posset. ff. si quis cautio. l. si quis. Item si esset captus & traditus custodibus & autugisset, si quidem custodes essent de familia potestatis, videtur teneri potestas, quia